



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 Vtrum illud gaudium possit esse plenum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



bonis proximi ad charitatem pertinet, secundum illud Iud. 1. ad Cor. 13. Charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: sed hoc gaudium recipit permissionem tristitia, secundum illud Rom. 12. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus: ergo gaudium spirituale charitatis admisionem tristitia patitur.

¶ 2 Præ. Pnia sicut dicit Grego. est ante acta mala flere, & flenda iterum non committere: sed vera penitentia non est sine charitate. ergo gaudium charitatis haec tristitia admisionem.

¶ 3 Præ. Ex charitate contingit, quod aliquis desiderat esse cum Christo, secundum illud Philipp. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo: sed ex isto desiderio sequitur in homine quaedam tristitia, secundum illud Psalm. 119. Hec mihi, quia incolatus meus prolongatus est. ergo gaudium charitatis recipit admisionem tristitia.

SED CONTRA est, quod gaudium charitatis est gaudium de diuina sapientia: sed huiusmodi gaudium non habet permissionem tristitia, secundum illud Sap. 8. Non habet amaritudinem conuersatio illius: ergo gaudium charitatis non patitur admisionem tristitia.

RESPON. Dicendum, quod ex charitate causatur duplex gaudium de Deo, sicut supra dictum est. Vnum quidem principale, quod est proprium charitatis, quo scilicet gaudemus de bono diuino secundum se considerato. Et tale gaudium charitatis permissionem tristitia non patitur, sicut nec illud bonum, de quo gaudetur, potest aliquam mali admisionem habere. Et ideo Apostolus dicit ad Philipp. 4. Gaudete in domino semper. Aliud autem est gaudium charitatis, quo gaudet aliquis de bono diuino, secundum quod participatur a nobis. Hec autem participatio potest impediri per aliud contrarium. Et ideo ex hac parte gaudium charitatis potest habere permissionem tristitia, prout si aliquis tristatur de eo, quod repugnat participationi diuini boni vel in nobis, vel in proximis, quos tanquam nos ipsos diligimus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod fletus proximi non est, nisi de aliquo malo. Omne autem malum importat defectum participationis summi boni. Et ideo instantum facit charitas consistere proximo, in quantum participatio diuini boni in eo impeditur.

AD SECUNDUM dicendum, quod peccata detrahunt inter nos, & Deum, ut dicitur Isa. 59. Et ideo haec est ratio dolendi de peccatis preteritis nostris, vel etiam aliorum, in quantum per ea impediuntur participatio diuini boni.

AD TERTIUM dicendum, quod quamuis in incolatu huius miseriae aliquo modo participemus diuini bonum per cognitionem, & amorem: tamen huius uitae miseria impedit a perfecta participatione diuini boni, qualis erit in patria. Et ideo haec tristitia, qua quis luget de dilatione gloriae, pertinet ad impedimentum participationis diuini boni.

ARTICVLVS III.

Utrum spirituale gaudium, quod ex charitate causatur, possit in nobis impleri.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod spirituale gaudium, quod ex charitate causatur, non possit in nobis impleri. Quot enim maius gaudium de Deo habemus, tanto gaudium eius in nobis magis impletur: sed numquam possumus tantum de Deo gaudere, quantum dignum est ut de Deo gaudeatur: quia sepe bonitas eius, quae est infinita, excedit

gaudium creature, quod est finitum. ergo gaudium de Deo numquam potest impleri.

¶ 2 Præ. Illud, quod est impletum, non potest esse maius: sed gaudium etiam beatorum potest esse maius, quia gaudium unius est maius, quam alterius. ergo gaudium de Deo non potest in creatura impleri.

¶ 3 Præ. Nihil aliud uidetur esse comprehensio, quam cognitionis plenitudo: sed sicut uis cognoscitiua creature est finita, ita uis appetitiua eiusdem. Cum ergo Deus non possit ab aliqua creatura comprehendi, uidetur quod non possit alicuius creature gaudium de Deo impleri.

SED CONTRA est, quod Dominus discipulis dicit Ioan. 15. Ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur.

RESPON. Dicendum, quod plenitudo gaudii potest intelligi dupliciter. Vno modo ex parte rei, de qua gaudetur, ut scilicet tantum gaudeatur de ea, quantum est dignum de ea gauderi. Et sic solum Dei gaudium est plenum de seipso, quia gaudium Dei est infinitum, & hoc est condignum infinite bonitati Dei: cuiuslibet autem creature gaudium oportet esse finitum. Alio modo potest intelligi plenitudo gaudii ex parte gaudentis. Gaudium autem comparatur ad desiderium, sicut quies ad motum, ut supra dictum est, cum de passionibus ageretur. Est autem quies plena, cum nihil restat de motu: unde tunc gaudium est plenum, quando iam nihil desiderandum restat. Quando autem in hoc mundo sumus, non cessat in nobis desiderii motus: quia adhuc restat, quod Deo magis appropinquemus per gratiam, ut ex supradictis patet: sed quando iam ad beatitudinem perfectam peruenimus, nihil desiderandum restabit, quia ibi erit plena Dei fruitio, in qua homo obtinebit quod etiam circa alia bona desiderauerit, secundum illud Psalm. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Et ideo quiescet desiderium non solum quo desideramus Deum, sed etiam erit omnium desideriorum quies: unde gaudium beatorum est perfecte plenum. Et est superplenum: quia plus obtinebunt, quam desiderare iusserunt. Non enim in cor hominis ascendit, que preparauit Deo diligenter se, ut dicitur 1. ad Cor. 2. Et hoc est, quod dicitur Luc. 6. Mensuram bonam, & superfluentem dabunt in sinum uestrum: quia cum nulla creatura sit capax gaudii de Deo ei condigni, inde est, quod istud gaudium omnino plenum non capitur in homine, sed potius homo intrat in ipsum, secundum illud Matth. 25. Intra in gaudium domini tui.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa procedit de plenitudine gaudii ex parte rei, de qua gaudetur.

AD SECUNDUM dicendum, quod cum peruenimus fuerit ad beatitudinem, unusquisque attinget terminum sibi praefixum ex predestinatione diuina, nec restabit ulterius aliquid quo tendatur: quamuis in illa terminatione unus perueniat ad maiorem propinquitatem Dei, alius ad minorem. Et ideo unus cuiusque gaudium erit plenum ex parte gaudentis, quia unus cuiusque desiderium plene quietabitur: erit tamen gaudium unius maius, quam alterius, propter pleniorum participationem diuinae beatitudinis.

AD TERTIUM dicendum, quod comprehensio importat plenitudinem cognitionis ex parte rei cognita, ut scilicet tantum cognoscatur res, quantum cognosci potest. Habet tamen etiam cognitio aliquam plenitudinem ex parte cognoscentis, sicut & de gaudii dictum est. Unde & Apostolus dicit ad Coloss. 1. Implemini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spirituali.

1. 2. 9. 25. ar. 1. & 2. & 4.

9. 24. art. 4. & 7.

In corp. art.



Super quest. niges  
moctana articu-  
lum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gaudium sit uirtus.

In art. 4. eiusdem

q. 8. in respō-  
ne ad primum aduer-  
te, quod dupliciter  
potest impediri, q. tri-  
stitia non esset specia-  
le ali quod uirtus. Pri-  
mò, si daret aliquod  
speciale uirtum circa  
amorem, ad quem se  
quitur illa tristitia, &  
hoc impedimentum  
in litera tollitur ex  
hoc, quod amor sui,  
ex quo sequuntur  
quædam specialia ui-  
tia tristitiæ, non est  
speciale, sed generale  
uirtum, & radix uirtu-  
rum. Alio modo, si  
daretur aliquod spe-  
ciale uirtum circa o-  
dium boni eiusdem  
rationis cum delecta-  
tioni, cui opponitur  
tristitia illa, quæ est  
speciale uirtum. Tūc  
enim illud uirtum  
circa odium haberet  
se ad tristitiã, sicut  
charitatis uirtus ad  
gaudium. Sequitur  
n. tristitia ad odium,  
sicut gaudium ad chari-  
tate. Et licet in litera  
hoc impedimētū nō  
explicetur, implicite  
in p̄ximo impedimē-  
to dictū est: q. sūt im-  
pedimenta eiusde rō-  
nis. s. si haberetur ui-  
tium sp̄ale circa prio-  
rē actum eiusdem rō-  
nis, tunc tristitia non  
poneret sp̄ale uirtū.

1. 2. q. 37. &  
60. & 62. si-  
mul.  
\* 1. 2. q. 55.  
ar. 2. & 4.  
D. 57.

1. 2. q. 25. ar.  
3. & 4.

q. 77. art. 4.

Ar. 3. huius  
q. & in cor.  
huius art.

**A**D QVARTVM sic proceditur.  
Videtur, q. gaudium sit uirtus.  
Virtum n. contrariatur uirtuti: sed  
tristitia ponitur uirtuti, ut patet  
de accidia, & de inuidia. ergo etiã  
gaudium debet poni uirtus.

¶ 2. Præ. Sicut amor, & spes sunt  
passiones quædam, quaruna obie-  
ctum est bonum, ita & gaudium  
sed amor, & spes ponunt uirtutes,  
ergo & gaudiū dēt poni uirtus.

¶ 3. Præ. Præcepta legis dātur de  
actibus uirtutum: sed præcipitur  
nobis, quod de Deo gaudeamus,  
secundum illud ad Philip. 4. Gau-  
dete in domino temper. ergo gau-  
dium est uirtus.

**S**ED CONTRA est, q. neque  
connumeratur inter uirtutes theo-  
logicas, neque inter uirtutes mo-  
rales, neq; inter uirtutes intelle-  
ctuales, ut ex supradictis patet.

**R**ESPON. Dicendū, q. uirtus,  
sicut supra habitū est, est habitus  
quidam operatiuus: & iō secūdū  
propriam rōnem hēt inclinatio-  
nem ad aliquē actum. Est autē con-  
tingēs ex uno habitu plures actus  
eiusdem rōnis ordinatos proue-  
nire, quorum vnus sequatur ex al-  
tero. Et quia posteriores actus nō  
procedūt ex habitu uirtutis, nisi  
per actū priorē: inde est quod uir-  
tus nō diffinitur, nec denomina-  
tur, nisi ab actu priorī, quamuis ēt  
alii actus ab ea consequantur. Ma-  
nifestū est autē ex his, quæ supra de

passionibus \* dicta sunt, quod amor est prima affe-  
ctio appetitiuæ potentia, ex qua sequit & desiderū,  
& gaudium. Et ideo habitus uirtutis idem est, qui in-  
clinat ad diligendum, & ad desiderādum bonū dile-  
ctum, & ad gaudendum de Deo. sed quia dilectio in-  
ter hos actus est prior, inde est, q. uirtus non deno-  
tur a gaudio, nec a desiderio, sed a dilectiōe, & dī cha-  
ritas. Sic ergo gaudiū non est aliqua uirtus a charita-  
te distincta, sed est quidam charitatis actus, siue effe-  
ctus, & pp hoc cōnumerat iter fructus, ut patet Gal. 5.

**A**D PRIMVM ergo dicendū, q. tristitia, quæ est ui-  
tium, causatur ex inordinato amore sui, quod non  
est aliquod speciale uirtum, sed quædam generalis ra-  
dix uirtutum, ut supra dictum est. Et ideo oportuit  
tristitias quasdam particulares ponere specialia ui-  
tia, quia non deriuantur ab aliquo speciali uirtio, sed  
generali: sed amor Dei ponitur specialis uirtus, quæ  
est charitas, ad quam reducitur gaudium, ut dictum  
est, sicut proprius actus eius.

**A**D SECUNDVM dicendū, quod spes conseq-  
tur ex amore, sicut & gaudium: sed spes addit ex par-  
te obiecti quādā speciale rōnem, scilicet arduum, & possi-  
bile adipisci, & iō ponit specialis uirtus: sed gaudium  
ex parte obiecti nullam specialem rōnem addit su-  
pra amorem, quæ possit causare specialem uirtutē.

**A**D TERTIVM dicendū, quod in tantum da-  
tur præceptum legis de gaudio, in quantum est actus  
charitatis, licet non sit primus actus eius.

De pace, in quatuor articulis diuisa.

**O**STE A consideran-  
dum est de pace.  
**E**T CIRCA hoc  
quærentur quatuor.

¶ Primò, Vtrum pax sit idem, qd  
concordia.

¶ Secundò, Vtrum omnia appe-  
tant pacem.

¶ Tertio, Vtrum pax sit effectus  
caritatis.

¶ Quarto, Vtrum pax sit uirtus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum pax sit idem quod concordia.

**A**D PRIMVM sic procedi-  
tur. Videtur, quod pax sit  
idem quod concordia. Dicitur.  
Aug. 19. de Ciuit. Dei. Pax homi-  
num est ordinata concordia: sed  
non loquimur nūnensū de pace  
hominum. ergo pax est idē quod  
concordia.

¶ 2. Præ. Concordia est quadam  
unio uoluntatum: sed ratio pacis  
in tali unione cōsistit. dicit enim  
Dion. 11. cap. 7. de diuin. nomin.  
quod pax est omniū unitiua, &  
consensus operatiua. ergo pax est  
idem quod concordia.

¶ 3. Præ. Quorum est idem oppo-  
situm, & ipsa sunt idem: sed idem  
opponitur concordia, & pacis  
dissentio. unde dicitur 1. ad Cor.  
14. Non est dissentio nis Deus, sed  
pacis. ergo pax est idem quod cō-  
cordia.

**S**ED CONTRA est, quod cō-  
cordia potest esse aliquorum im-  
piorum in malo: sed non est pax  
impii, ut dicitur. Itā. quadragē-  
si. mo clauo. ergo pax nō est idem  
quod concordia.

**R**ESPON. Dicendū, quod  
pax includit concordiam, & ali-  
quid addit. Vnde ubicumque est  
pax, ibi est concordia: non tamen  
ubicumque est concordia, ibi est  
pax, si nomen pacis proprie sum-  
pta, est ad alterum, inquan-  
tum scilicet diuersorum cordiū  
uoluntates simul in unum cōspiciuntur.

Coniungit etiam unius hominis con-  
cordia, & hoc dupliciter. Vno quod  
cundum diuersas potentias appetiti-  
uitus sensitiuus plerumque tendit in cōtra-  
rionalis appetitus, secundum illud ad  
to. Caro concupiscit aduersus spiri-  
do in quantum una, & eadem ad  
uersa appetibilia tendit, quæ simul  
test, unde necesse est esse repugnanti-  
appetitus: unio autem horum motuum  
de ratione pacis. Non enim homo